# OPUSCULA

ERUDITISS. DOMINI

# L. C. DE DECKER

S. THEOL. LICENTIATI


In Universitate Lovaniensi

NEC NON


*Ecclesiæ Metropolitanæ Mechliniensis*

CANONICI

Quorum Elenchum sequens pagina exhibet.





Prostant LOVANII,

Apud ÆGIDIUM DENIQUE 1703.

---

*Cum Approbatione.*

# ELENCHUS OPUSCULORUM

BAIANISMI HISTORIA BREVIS, *continens plurima Facta passim ignota, & notatu digna: cum quibusdam Reflexionibus adjunctis.*

JANSENISMI HISTORIA BREVIS, *cum adjuncta solutione plurimarum Difficultatum in nova* Panegyri Jansseniana, *aliisque hujusmodi Scriptis adversùs Apostolica Decreta propositarum.*

DEFENSIO BREVIS HISTORIÆ JANSENISMI *adversùs Apologias (maximè secundam) Panegyreos Janseinianæ.*

VINDICIÆ *Brevis Historiæ Jansenismi*, & *Defensionis* ejusdem Historiæ, *adversùs Apologiam tertiam Paregyreos Jansenianæ.*

LA QUINTESSENCE DU JANSENISME, *& plusieurs autres erreurs & diverses injures, tirées mot-à-mot d'un Livre nouveau, qui a pour titre:* Histoire Générale du Jansenisme, *&*

*ex-*

*exposées au public avec des Réponses succintes, & avec un petit Ecrit Latin intitulé:* Parallelum quinque famosarum Propositionum cum aliis &c. *qui montre visiblement que le Jansenisme n'est pas un fantôme ni une héresie imaginaire, mais que sa Quintessence est réele & subsiste jusqu'à present, au grand mépris du Saint Siege & de l'Egise.*

---

## CENSURA.

Imprimi poterunt Opuscula Historico-Theologica Eruditissimi Domini L. C. De Decker Sacræ Theologiæ Licentiati in Academia Lovaniensi, nec non Ecclesiæ Metropolitanæ Mechliniensis Canonici. Datum Lovanii die 10. Martii 1703.

PETRUS MARCELIS *Sacræ Theologiæ Doctor & Professor, Apostolicus & Regius Lib. Censor per Germaniam inferiorem.*

# BAIANISMI HISTORIA BREVIS,

Continens plurima facta passim ignota, & notatu digna: cum quibusdam Reflexionibus adjunctis.

PER L. C. D. *Sac. Theol. Licentiatum, Eccl. M. M. Canonicum.*

Veritatem tantum, & pacem diligite. *Zachariæ* 8.




LOVANII,
Apud ÆGIDIUM DENIQUE 1699.

*Cum Approbationibus.*



# PRÆFATIO.



*Nnis ultimò lapsis edita sunt varia Scripta, per quæ (non sine convitiis in complures eorum qui Michaëli Baio palam obstiterunt, liberè jactatis) Baianismus innovatur his potissimùm argumentis.*

1. *Quod secundùm ipsam B. Pii V. Bullam, & Cardinalis Granvellani testificationem, nonnulli ex 76. Articulis sustineri possint in rigore & proprio verborum sensu ab assertoribus intento.*

2. *Quod censura sit indeterminata, ideoque parum idonea.*

3. *Quod Bulla sit subreptitia, quandoquidem examine diligenti*

*prætermisso, per importunas ac falsas allegationes extorta sit, ita ut per illam plures SS. Patrum, ac præsertim Augustini sententiæ sint reprobatæ; & contra leges Grammaticæ sit peccatum, usurpando verbum* dicit, docet *&c. sine nomine quod indicet quis dicat, quis doceat &c.*

4. *Quod neque Bulla præfata, neque Gregoriana fuerit debitè promulgata.*

5. *Quod Gregoriana non confirmaverit Pianam.*

6. *Quod apparitio Baii post mortem, confirmet ejus doctrinam.*

*Quapropter existimatum est hanc brevem Historiam utiliter edi posse, quippe quæ planè desumitur ex documentis in nova editione operum Baii anno* 1696. *vulgatâ, & anno sequenti propter immoderatum causæ Baianæ studium inhibitâ, productis; ideoque saltem apud illos qui nonnihil eidem causæ favent, minimè suspectis: & quæ nihilo-*

*hilominus sufficere videtur ut adminiculantibus ipsi sex Reflexionibus, antedicta totidem argumenta enervet, unàque debitam Apostolicis sanctionibus observantiam firmet: atque ita fortassis etiam aliquid ad asserendam huic Provinciæ tranquillitatem conferre possit.*

---

## APPROBATIONES.

HÆc Baianismi Historia Brevis, una cum adjunctis Reflexionibus nihil complectitur fidei aut bonis moribus contrarium: quæ cum aliunde nervosa sit, nec non Pacis & Veritatis studio ab Eruditissimo Authore concinnata, lucem publicam meretur. Ita censeo hac 21. Martii 1699.

J. De Cuyper, S. T. L.
*Eccl. Metrop. Mechlin. Decanus Lib. Cens.*

---

LEgi cum attentione & satisfactione Historiam Brevem Baianismi &c. & eam judicavi perutilem fore publico ad sedandas variorum hallucinationes, & pacem resarciendam inter Theologos diversa sentientes. Dabam Mech. hac 30. Martii 1699.

J. Lacman S.T.D.
*Archidiaconus Mechl. L.C.*

BReves hæ Reflexiones cum naturaliter consequantur ad ea narrata, quæ ipsius Baii admiratores evulgarunt, utilesque sint, ut à proscriptis Baii sententiis ingenuos deterreant animos, lucem publicam merentur. Datum Lovanii 24. Febr. 1699.

Fr. M. HARNEY *Ord. Prædicat. Facultatis Theol. Lovanien. Doctor & Professor Regens Lib. Censor.*

---

BRevis hæc Baianismi Historia continens plurima facta passim ignota & notatu digna ex ipsa novissima editione operum Baii à sincero veritatis & pacis amatore fideliter collecta, cum quibusdam Reflexionibus adjunctis, adeo perspicuè exhibet Pontificias quarumdam sententiarum Baii condemnationes, ipsius Baii confessione & subscriptione probatas, dilutis etiam, quæ in contrarium objiciuntur argumentis, ut planè confidere liceat ex hujus Scripti lectione secuturos Baium pœnitentem, qui forte ex ignorantia factorum secuti fuerant errantem. Quare votum meum est, ut publici juris fiat. Datum Mechliniæ 13. Martii 1699.

Fr. THOMAS DU JARDIN *Ord. Prædicat. S. T. D. & Prior Conv. Buscoducensis in Mechlinia.*

BAIA-

# BAIANISMI HISTORIA BREVIS.

I. PRimam atque notabilem Historiæ Baianiſmi partem continet hæc Epiſtola Cardinalis Granvellani Archiepiſcopi Mechlinienſis ad Maximilianum Morillonium Præpoſitum Arienſem, nec non ejuſdem Archiepiſcopi Vicarium Generalem, ſcripta ex Urbe Roma 13. Novembris 1567. & relata in nova editione Operum Michaelis Baii, 2. partis pag. 61. & ſeqq.

MONSIEUR LE PREVOST,

*Je tiens que vous vous ſouvenez des differens qui cy-devant ſe ſont ſuſcitez, d'aucuns qui ont voulu impugner aucunes propoſitions, & for-*

*formes de parler, dont feu nôtre Maistre de Louvain, & Mr. nôtre Maistre Michel Le Bay usoient, tant aux Lectures que aux disputes, non usitées en l'ancienne Eschole; & que la contention vint si avant, que aucuns Religieux de l'Ordre de Saint François avoient prêché à l'encontre d'eux tant au Convent des Religieux de Saint François à Aet, qu'ailleurs, & fait censurer les propositions contentieuses, selon que par eux elles avoient esté colligées, tant par l'Université de Paris, que autres, dont l'on craignoit plus grand scandale & trouble se pourroit susciter, au prejudice de la reputation de l'Université de Louvain, & succeder de ce grandes divisions en icelle, pour estre les anciens Docteurs de l'Université offensez des dites propositions, que pour estre les dits feu de Louvain & Le Bay gens savans, pieux & de grande autorité & suite en ladite Eschole*

*chose : & qui, s'accommodant à point les dites propositions, pourroient faire grand fruit en l'Eglise de Dieu, tant par leurs Lectures, Predications, que consultations. Et pour y remedier, l'expedient que l'on prist, fut que la bonne & recommandée memoire de feu Pape Pie le Quart, m'enchargea de imposer silence aux deux parties, & de commander sur peine d'excommunication comme je fis tant au dit de Louvain, qu'au Docteur Bay, de non plus user des dites propositions & formes de parler non accoutumées aux Escholes, & aux autres de n'en plus faire mention quelconque, ny en parler au desavantage des dits Docteurs. Or est survenu depuis que le dit Docteur Le Bay a composé un Livre & fait imprimer à Louvain, traitant au commencement d'icelui* DE LIBERO HOMINIS ARBITRIO: *avec adjonction d'autres Opuscules qui concernent les points contro-*

*versez aujourd'huy dans l'Eglise: lequel Livre a esté icy appourté & donné scandale à gens savans; & l'ayant veu Sa Sainteté, & l'opinion que l'on en avoit, s'en est aussi à la verité scandalisé, & voudroit pour beaucoup que le dit Docteur, auquel je porte l'affection que vous savez, se fust abstenu de la composition & impression dudit Livre, & qu'il eust deferé au commandement Apostolique qui par moy luy avoit esté fait. Sa Sainteté en a communiqué avec moy, & outre ce qu'elle se souvient fort bien de ce qui se passa, lorsque feu son Predecesseur me commist cette affaire: car Sa Sainteté avoit pour lors la charge de l'Inquisition. Je luy ay ramenteu la qualité du dit Docteur Le Bay, & le fruit qu'il peut faire en l'Eglise de Dieu, la suppliant que tenant respect à ce, & à la vertu & bon zele du dit Docteur, il luy plust traiter cette affaire de sorte*

*que*

*que ce fust avec le moindre scandale du dit Sieur Le Bay, que faire se pourroit. Par quoy Sa Sainteté se condescendit avec une pieté & charité vrayment Chrêtienne: & aiant compassion au dit Le Bay, presupposant qu'il fust tombé en cecy, stimulé de la contention de ses emulateurs ; & comme il advient souventefois que pour soutenir une proposition qui est échappée, quand l'on prend le chemin du monde, l'on tombe necessairement à estre forcé à conceder & affermer autres plus absurdes & plus eloignées de la Religion, & me concede Sa Sainteté que l'on feroit pour le dit Bay ; tout ce que la verité & la foy sauve, & sans faire prejudice à la dignité & autorité d'icelle, se pourroit, pourveu que le dit Docteur se voulsist soumettre à ce que la raison veut, & à la censure de Sa Sainteté : & pour y proceder en cette sorte & avec la charité requise, l'on fist ôter le premier fueillet,*

*let, afin que l'on ne connut ny l'Auteur du livre, ny le lieu ou il eſt imprimé: & s'eſt examiné l'œuvre par gens ſavans de pluſieurs nations, leſquels uniformement ont cenſuré pluſieurs propoſitions trouvées dedans le livre, en la forme que vous verrez par la Bulle de N.S.P. le Pape, que je vous envoye avec cette, declarant les dites propoſitions annotées, aucunes erronées, autres ſuſpectes, autres ſcandaleuſes; autres jaçoit ſe puiſſent en rigueur interpreter en quelque ſens pour les excuſer, donnent toutefois offenſion à gens pieux qui les liſent. Et s'eſt faite cette condamnation ainſi generale avec l'adjonction du mot* reſpective, *pour plus de douceur. Et comme vous verrez Sa Sainteté me commet d'y faire ou par moy, ou y employant autres, ce que je trouveray convenir pour, la dignité de la Religion ſauve, pourvoir doucement au mal qui de cecy pourroit ſucceder.*

*der. Et il m'a ſemblé que je n'y pourrois entremettre perſonne qui avec meilleur zele & diſcretion y peuſt ſatisfaire, que vous. Et tant plus pour l'affection que je ſçais que vous portez au dit Docteur Bay, lequel je tiens pour ſi homme de bien & catholique, que voiant la Cenſure & determination de Sa Sainteté, il n'y voudra aucunement repugner. Autrement il me feroit perdre la bonne opinion que j'ay de luy, & me retirerois de ſa protection, laquelle comme vous ſavez j'ay tenu & tiens comme d'un perſonnage ſi vertueux & qualifié, & du conſeil du quel j'eſpere tous les jours me valoir de mieux en mieux. Ce qu'il convient de faire eſt à mon avis, que vous l'appelliez & qu'amplement vous luy faites entendre de ma part ce que deſſus, luy communiquant la Bulle originale par laquelle il verra l'intention de Sa Sainteté; & que pour non faillir à mon devoir, je ne puis delaiſſer*

*de*

*de la faire executer, mais que je deſire bien que ce ſoit avec le moindre ſcandale: que faire ſe pourra. Il verra que par la Bulle il n'eſt nommé ny ſon livre, ſi bien en icelle il ſe fait mention des propoſitions & d'un livre; ſans dire quel. Mais toutefois s'eſtant publié icelui, il faut regarder par quel moyen on pourra remedier à ce point: car je ne vois qu'il ſe puiſſe delaiſſer de le defendre, afin que les exemplaires ſortent hors des mains. Et ſi ſera beſoin que au Doyen & aux principaux de la Faculté vous faites oſtenſion de la dite Bulle, apres toutefois avoir parlé au dit Docteur, afin que voiant la Cenſure de Sa Sainteté, ils ne comportent que telles propoſitions ſe ſoutiennent, quelque interpretation ou gloſe que l'on y veuille donner. Car je vous puis aſſeurer que pour les ſauver l'on a fait tout ce qui a eſté poſſible, & qu'en cette affaire Sa Sainteté a uſé d'une*

*telle*

*telle diligence, que si ce fust esté pour gagner tout le monde l'on n'eust sçeu faire plus. Et cecy est de telle qualité & importance, & l'a Sa Sainteté tant à cœur pour la crainte qu'elle a que sans y remedier promtement, inconvenient plus grand en puisse advenir : Que j'attendray avec bien grand desir nouvelles de vous pour savoir & lui faire entendre ce qui s'y sera fait. Et je desire singulierement que le dit Docteur prenne la chose par le bon chemin pour eviter tous les inconveniens, ausquels en usant autrement il pourroit tomber. Et pourtant vous prie autant affectueusement que je puis, d'y user toute diligence, vous servant du conseil de ceux que vous verrez convenir; mais ayant grand égard de fuir ceux qui se pourroient montrer passionnez contre le dit Docteur; Car ce que l'on pretend est de remedier au mal, comme j'ay dit, evitant tant que faire se pourra le scandale du dit Do-*

*cteur,*

*cteur, ſans toutefois rien delaiſser, ſuivant l'intention de Sa Sainteté, qui doige ſervir pour conſerver la purité de la doctrine. Et me recommandant tres-affectueuſement à vôtre bonne ſouvenance je prie le Createur, qu'il, Monſieur le Prevoſt, vous doint l'accompliſſement de vos deſirs.*

De Rome ce 13. de Novembre 1567.

*Inſcriptio hæc erat:*

A Monſieur le Prevoſt Morillon.

II. Commiſſionem antedictam ſedulò executus eſt Morillonius, offendiculum Baii, quantùm potuit, accuratè præcavendo (veluti Granvellano poſtea nuntiavit per Litteras XI. Januarii 1568. datas, & in nova editione relatas ſecundæ partis pag. 69.) ac Decano cæteriſque Facultatis Theologicæ Magiſtris præfatam Bullam 29. Decembris 1567 legit & publicavit in congrega-

gregatione ſpecialitèr in iſtum finem indicta: deinde poſtquam illos ad pacem & concordiam hortatus eſſet, inter alia neceſſarium eſſe dixit ut non ſolum à ſententiis, ſcripturis, proloquiis & diſputationibus articulorum in dicta Bulla expreſſorum deinceps omnino abſtineretur: ſed ut etiam libri editi, ex quibus articuli prædicti fere omnes deſumpti ſunt, interdicerentur. Præterea dicto Decano Magiſtriſque mandavit, & in virture ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo injunxit, ut omnia & ſingula in dicta Bulla expreſſa, juxta mentem & voluntatem Suæ Sanctitatis præcisè obſervarent. Ad quæ Decanus de conſenſu dictorum Magiſtrorum, nomine Facultatis reſpondit, quod Bullam ac ſingula & univerſa in ea contenta unanimiter acceptarent, & quod intenderent ei in omnibus & per omnia religiosè parere & obtemperare. Et quò hæc melius obſervare poſſent, petierunt copiam

dictæ Bullæ, ſeu ſaltem articulorum in ea damnatorum. Inſuper promiſerunt daturos ſe ſeriam operam ut nulla eſſet apud ipſos doctrinæ diverſitas, quod ut citra ſtrepitum & ſcandalum curare poſſent, omnes uno ore interceſſerunt ne ad publicam interdictionem dictorum librorum procederetur, cum id abſque gravi multorum offendiculo & authoris libellorum perpetua infamia fieri non poſſet, & abundè ſufficeret articulos controverſos eſſe damnatos, & amplius proponi & defendi non poſſe, cui rei operam diligentem eſſent navaturi. Ad quæ dictus D. Præpoſitus reſpondit ob multas eaſque graves cauſas in præſentiarum non poſſe tradi copiam Bullæ, ſed articulos ſuâ manu tranſcriptos ſe Facultati daturum, ne à quoquam ignorari poſſent.... Sed quod interdictionem librorum intermittere non poſſet, cum hoc ſeriò ſibi eſſet præſcriptum. Verùm cum dicti Decanus & Magiſtri vehementer urgerent, & precan-

cando instarent, respondit dictus Præpositus dilaturum se dictorum librorum prohibitionem, donec secundam jussionem acciperet. Hæc omnia Jansenius, uti Decanus, expresse attestatus est per actam solemnem dicta die 29. Dec. 1567. in præfata Facultatis congregatione confectam, & ejusdem Facultatis sigillo, cum Notarii attestatione, munitam: sicuti videre est in nova editione, partis 2. pag. 66. 67. & 68.

III. Deinde cum etiam inter Fratres Minores Provinciæ Flandriæ de Baianis propositionibus controversiæ multum efferbuissent, dictus Morillonius eorum Commissario ad se vocato Bullam intimavit, eique studiose curare injunxit, ut sui Ordinis nemo de controversiis istis amplius disputaret. De iisdem quoque Ministrum Provincialem admoneri curavit: quemadmodum & specialiter illos qui dictas propositiones tutati fuerant: hique statim humiliter acquieve-

runt: veluti Morillonius Granvellano nuntiavit 11. Januarii 1568. & refertur in nova editione, ſecundæ partis pag. 69.

Præterea liquet ex decrero ibidem pag. 147. relato, quod Patres in comitiis Nivellenſibus anni 1568. illos articulos abjuraverint ſuo & totius provinciæ nomine, quodque (cum nec iſtud ad pacem provinciæ quæ per illam doctrinam aliquoties turbata fuerat, ſufficere videretur) Miniſter Provincialis anno ſequenti 1. Septembris, decretum tulerit, quo omnibus ac ſingulis Guardianis ſibi ſubditis mandat, ut hujuſmodi articulos cum eorum Cenſuris in capitulo legant, ejurent, & à ſingulis non modò Sacerdotibus & Clericis, ſed & laicis curent ejurari, omniaque M. Baii ſcripta, ſi quæ habent, Præpoſito tradi: imo ut etiam Sororibus quæ ab ipſis regebantur (& inter quas propter eandem doctrinam vel propter ejus ſequaces, ortæ erant graves querelæ)


ſui

ſui decreti tenorem exponerent, &c. prout in eodem Decreto.

IV. Interea Morillonius 20. Junii 1568. Granvellano ſcripſit ante dies aliquot contigiſſe, quod Baium magis quam antea offenſum & indignabundum repererit, ideoque ad propoſitiones ejurandas eundem urgere diſtulerit; id ipſum ſuadente Janſenio, & cauſante quod tunc animus eſſet nimis æger. Cæterum idem Morillonius ibidem addit quod die ſequenti pacatioris animi eſſet Baius, quodque ſuam infirmitatem agnoſceret. Velut hæc inter alia continentur in epiſtola jam dicta, quæ exſtat in nova editione, 2. partis pag. 71. & ſeqq.

V. 8. Januarii 1569. M. Baius B. Pio V. litteras ſcripſit, quæ referuntur in nova editione 2. partis pag. 79. & in quibus (poſtquam conqueſtus fuit quod nullum Bullæ tranſumptum neque hìc neque Romæ obtinere potuerit, & quod nihilominus ſententiæ damnatæ per





hanc inferiorem Germaniam paſſim haberentur & circumferrentur) addidit ſe metuere ne iſta Bulla aliquid Suæ Sanctitatis exiſtimationi detraheret, non tantum propter manifeſtas calumnias quæ viderentur in ea contineri, ſed etiam propter verba, & etiam ſenſus quoſdam SS. Patrum qui in ea damnari viderentur; ideoque ſe propoſitiones ipſas ſimul cum iis quæ ipſum movebant, Suæ Sanctitati tranſmittere, ut iis conſideratis facilius diſpiceret ac judicaret utrum Bullam tamquam legitimam & ſufficienter diſcuſſam habere vellet, an tamquam ſubreptitiam.

Illa autem ipſum moventia quæ Suæ Sanctitati tranſmiſit, ejuſdemque judicio ſubjecit, erant celebris illa apologia per quam jam dicta probare nitebatur, nempe quod articuli plurimi calumniosè ipſi tribuerentur, & quod non pauci veri eſſent, & quidam Auguſtiniani: quemadmodum videre licet dicta pag. 79. & ſeqq.

Porro

Porro idem Pontifex, non minus sanctitate, atque adeo sinceritate, quam dignitate illustris, 13. Maii 1569. Baio rescripsit Bullam suam non sine matura deliberatione & consideratione editam fuisse, quemadmodum & ipsius causæ gravitas & hominum de S. Sede bene meritorum conditio postulabat: & nihilominus se ad Baio satisfaciendum curavisse ut & libri & ipsæ propositiones & scripta apologetica novo examine admodum maturo considerarentur &c. prout in ipso Brevi, quod exstat in nova editione 2. partis pag. 140. tenoris sequentis;

Dilecte Fili, salutem & Apostolicam benedictionem.

*Quamvis ea quæ super libro & propositionibus ad Nos missis per litteras nostras Apostolicas sub plumbo superioribus diebus decrevimus atque statuimus, non sine matura deliberatione & considera-*

*tione à Nobis decreta ſtatutaque fuerint, quemadmodum & ipſius cauſæ gravitas & hominum alioquin de hac Sancta Sede Apoſtolica bene meritorum conditio poſtulabat, tamen Nos omnem novarum querelarum cauſam auferre volentes, ſimulq́ poſtulatis veſtris ſatisfacere cupientes mandavimus ut & libri & ipſæ propoſitiones & ſcripta veſtra, proximè ad Nos miſſa, diligentiſſimè & accuratiſſimè iterum conſiderarentur & perpenderentur; quibus omnibus maturè admodum conſideratis, quæ ſuper hoc ipſo jam decreveramus, niſi antea à Nobis decreta fuiſſent, eadem, prout facimus, de integro decernenda ſtatuendaque eſſe judicavimus. Itaque tibi & cæteris prædictarum propoſitionum aſſertoribus ac defenſoribus pro earum aſſertione & defenſione perpetuum ſilentium imponimus. Voſque tamquam noſtros hujuſque Sanctæ Sedis obſequentiſſimos Filios in Domino*

*mino hortamur, ut his quæ nunc vestra atque omnium Christi fidelium Mater ac Magistra præcipit & jura decernunt, sine ulla recusatione obtemperetis, eaque omnia faciatis, quæ dilectus Filius Maximilianus Ariensis Ecclesiæ Præpositus, Venerabilisque Fratris Nostri Archiepiscopi Mechliniensis Generalis Vicarius vobis facienda proponet. Erit hæc vestra erga Nos Sanctamque hanc Sedem reverentia dignum obsequium, Nobisque præterea gratissimum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 13. Maii 1569. Pontificatus Nostri anno quarto.*

ALDOBRANDINUS.

VI. Hoc Breve Pontificium Morillonius 20. Junii ejusdem an. 1569. Baio tradidit, & eidem unà legendam exhibuit epistolam Granvellani, postquam exposuisset quidnam ea in re sibi faciendum incumberet.

Mi-

Mirum autem primâ fronte viſum eſt Baio, quod recurſus ad Suam Sanctitatem habitus ipſi verteretur vitio, & quod ipſe propterea exiſtimaretur cenſuram & irregularitatem incurriſſe: ſed admonitus de obedientia quam ſemper profeſſus erat ſe Sanctæ Sedi exhibiturum, reſpondit ſe paratum obtemperare, & genu flexit ut abſolveretur. Requirente autem Morillonio præviam propoſitionum à Sua Sanctitate reprobatarum ejurationem, ſurrexit Baius, cauſans ſe iſtud facere non poſſe niſi haberet tranſumptum Bullæ, cum in illa diceretur quod nonnullæ propoſitiones ſuſtineri poſſent in rigore & proprio verborum ſenſu. Replicuit Morillonius ſe tale tranſumptum non poſſe concedere, ipſique notum eſſe quod cum Romam idcirco ſcripſiſſet, illud obtinere non potuerit, uti neque potuerint ejus adverſarii, eo quod Sua Sanctitas rem iſtam ſilentio ſopiri cuperet. Conſilium hoc pro-

probavit Baius, rogavitque ut curaretur etiam Lovanii de eadem re sileri: sed unà conquestus est propositiones passim haberi, addens nihilominus quod res ad concordiam adduci posset, si Censura Pontificia distinctè lata foret. Ac tandem iterum atque iterum de obedientia monitus, & ab anxietate, quâ, propter varietatem propositionum, se teneri dicebat, D. Gudulæ Parocho Authore liberatus, illicoque secutus ejusdem Parochi consilium, Morillonio dixit se paratum Sanctissimo Domino absolutè parere, & propositiones omnes in Bulla notatas ejurare juxta Decretum, Censuram, & intentionem Suæ Sanctitatis. Quo dicto genu flexit; ejuravit, absolutus fuit & rehabilitatus. Hæc omnia narrantur in litteris à Morillonio dicta die 20. Junii 1569. ad Granvellanum scriptis, & in nova editione relatis 2. partis pag. 128. & 129. Addit Morillonius ibidem infra, quod Baius ejusdem
diei

diei veſpere ad ipſum Morillonium reverſus ſit, ſe contentum & quietum oſtendens.

VII. Anno Domini 1570. 16. Novembris, Dominus Morillonius, Vicarius R. D. Cardinalis Granvellani Archiepiſcopi Mechlinienſis, poſt decimam horam ingreſſus ſcholam Theologorum cum Notario Univerſitatis, publicavit, & publicè legi fecit Litteras Summi Pontificis (id eſt Bullam ſæpe dictam) rogavitque DD. Magiſtros NN. an vellent Litteris Apoſtolicis obtemperare; cui omnes annuerunt. Hæc ex actis Facultatis Theologicæ Lovanienſis referuntur in nova editione, ſecundæ partis pag. 185.

VIII. Mox verò ubi Morillonius Lovanio diſceſſerat, ferebatur ipſe novam hanc promulgationem feciſſe motu proprio, ſub ementito Epiſcoporum in Synodo Provinciali Mechlinienſi congregatorum nomine; dictæque Bullæ ſubſcriptionem exegiſſe, ex qua poſtmodum

ali-

aliquibus ſtrui poſſent inſidiæ relapſus.

Quamobrem inſtante eodem Morillonio, Rythovius Iprenſium, & Janſenius Gandavenſium Antiſtites, Facultati Theologicæ, è qua ad Epiſcopatum aſſumpti fuerant, ſcripſerunt 23. Decembris ejuſdem anni, Epiſtolam quæ ſequitur, & quæ refertur in nova editione, ſecundæ partis pag. 149. & 150.

Eximii Domini & Colendiſſimi
Magiſtri Noſtri,

*Litteris ſuis nobis expoſuit D. Vicarius Morillonius quod apud Veſtras Dominationes accuſetur, ut qui privato facto ſuo alienum nomen prætexere voluerit, dum nuper tanquam ex commiſſione eorum Patrum qui Mechliniæ Provincialis Concilii cauſa congregati erant, in Scholis Theologicis publicationem fecit ejus reſcripti Apoſtolici quod de quibuſdam propoſitio-*

*ſitionibus ad ſe miſſum acceperat; à qua ſuſpicione vehementer liberari cupit. Nos verò ingenuè fatemur hanc commiſſionem ei datam fuiſſe, tum ut fidem noſtram liberaremus apud Ducem Albanum, cui id ante menſes aliquot promiſeramus, tum etiam quod res antea quidem ſolis Magiſtris Facultatis Sacræ Theologiæ indicata, & ut tum ſperabatur, ſilentio premenda, jam longè lateque innotuiſſet, & non pauci obloquerentur & ægrè ferrent non proponi publicè quod omnes ex æquo concerneret, quodque Cenſurarum comminationem conjunctam haberet. Unde Nobis videbatur occultatio ultra cætera incommoda etiam Facultati indignationem & mali nominis periculum allatura. Approbationem autem & ſubſcriptionem exiſtimamus nihil difficultatis habituram eſſe. Nam cum ſolemne ſit S.T. Profeſſoribus in omni reſolutione diffi-*

*difficiliori promittere apertam protestationem obedientiæ erga eos quorum est errantes in viam veritatis reducere; quid promptius erat quam ut Summi Pontificis etiam iteratæ definitioni acquiesceretur: præsertim dum satis constaret eos qui occasionem quæritare dicuntur, dilationem interpretaturos esse recusationem, & inde traducendi majorem occasionem accepturos. Accedit quod cum Eximio D. M. N. Michaëli seniori Facultatis hæc tota res antea fuit communicata, & inde relata ad suam Excellentiam, cui sic placuit, ut conceptam indignationem pro maxima parte ei exemerit, placuit & Præsidi Viglio. Patribus autem quorum consilio Lovanium veneramus, imprimis verò Reverendissimis DD. Archiepiscopo Cameracensi piæ mem. & Episcopo Atrebatensi, usque adeo grata fuit, ut nos optimam operam navasse testarentur.*

*tur. Quod igitur tanto applausu ab omnibus probatum fuit, nescio an sine gravi causa posset omitti. Dominus Morillonius scribit quosdam esse qui in subscriptione æstimant relapsus insidias alicui strui posse, & ob id tardiores esse ad subscribendum. Nos verò ne lapsum quidem agnoscendum jam putamus, si bona fide probetur, & in signum candidioris mentis, etiam subscriptione corroboratur decisio Suæ Sanctitatis, ad cujus sententiam & definitionem ex more Lovaniensis Scholæ semper omnia referunt. Proinde nisi aliis & gravioribus de causis Dominationes Vestræ moveantur, rogamus ut quod tantorum Virorum judicio ad sopiendam odiosissimam causam visum fuit aptissimum, & tam concorditer decretum, non differatur propter vanum metum, nostraque monitio ex candore animi & sincero affectu procedens boni consulatur.*

*Be-*

*Benigniſſimus Deus Veſtras Dominationes conſervet noſtri memores. Decem. vigeſima tertia* 1570.

Veſtris Dominationibus addictiſſimi

MARTINUS RYTHOVIUS
CORNELIUS JANSENIUS.

IX. Anno 1571. 1. Aprilis Facultati per Decanum ſcripto propoſiti fuerunt ſequentes articuli.

1. Quid Domini judicent per Fatatem ſtatuendum de articulis per Bullam S. D. N. Pii Papæ V. etiam iteratò Facultati lectam & publicatam notatis: an verè habendi ſint pro damnatis & ſuſpectis: ac ob id Suppoſitis noſtræ Facultatis mandandum ſit, quod deinceps ab iis tanquam talibus abſtineatur & caveatur, quodque ſi quos noverint Facultati ſubjectos eiſdem articulis adhærentes, eos ſecundùm juramentum ſuum aut ſaltem ſecundùm promiſſionem ſuam Facultati deferant, an non? Non ſolùm propter

Cenſuras in eadem Bulla expreſſas, verùm etiam propter conſcientiam Suppoſitorum noſtræ Facultatis, & ut omnes Magiſtri de hac re interrogati conformiter reſpondeant.

2. Si articuli ſint pro talibus habendi, an conveniat Suppoſita Facultatis monere, quod libros & ſcripta in quibus illi docentur & aſſeruntur, debeant à ſe abdicare?

3. Ut D. ac M. N. Michael ingenuè declaret an paratus ſit ſecundùm jusjurandum ſæpe per ipſum præſtitum & renovatum, judicium Facultatis in hac re ſubire, & ſi velit, ut imprimis declaret quinam ſint illi articuli, de quibus aliàs publicè in Facultate dixit, quod pro illis deberemus forſitan mori potiùs, quàm eos damnare?

Eodem anno 1571. decima ſeptima Aprilis horâ decimâ ante meridiem in Capitulo minori S. Petri, Facultate ſub juramento congregata, & præſentibus omnibus Magiſtris præter D. ac M. N. Michaëlem,

de-

deliberatum fuit ſuper articulis nuper primâ die Aprilis propoſitis, & ex conformibus omnium deliberationibus fuit concluſum.

1. Articulos quorum in prima propoſitione fit mentio, omninò habendos eſſe pro ſuſpectis & damnatis, & talibus quales per Bullam Apoſtolicam declarantur, atque hanc Facultatis concluſionem eſſe omnibus Facultatis Suppoſitis intimandam, ſeorſim quidem in promotionibus ad gradus, publicè verò in Congregatione Facultatis apud Prædicatores poſtridie D. Dionyſii, quando Statuta publicari conſueverunt, ut omnibus conſtet eſſe ab illis abſtinendum, eoſque qui ſecus fecerint, ſecundùm Statuta Facultatis & promoventium juramenta atque promiſſiones ad Facultatem eſſe deferendos.

2. Libros & tractatus in quibus dicti articuli ex profeſſo docentur & aſſeruntur, eſſe è manibus ſtudioſorum auferendos; alios autem u-

Cenſuras in eadem Bulla expreſſas, verùm etiam propter conſcientiam Suppoſitorum noſtræ Facultatis, & ut omnes Magiſtri de hac re interrogati conformiter reſpondeant.

2. Si articuli ſint pro talibus habendi, an conveniat Suppoſita Facultatis monere, quod libros & ſcripta in quibus illi docentur & aſſeruntur, debeant à ſe abdicare?

3. Ut D. ac M. N. Michael ingenuè declaret an paratus ſit ſecundùm jusjurandum ſæpe per ipſum præſtitum & renovatum, judicium Facultatis in hac re ſubire, & ſi velit, ut imprimis declaret quinam ſint illi articuli, de quibus aliàs publicè in Facultate dixit, quod pro illis deberemus forſitan mori potiùs, quàm eos damnare?

Eodem anno 1571. decima ſeptima Aprilis horâ decimâ ante meridiem in Capitulo minori S. Petri, Facultate ſub juramento congregata, & præſentibus omnibus Magiſtris præter D. ac M. N. Michaelem, de-

deliberatum fuit ſuper articulis nuper primâ die Aprilis propoſitis, & ex conformibus omnium deliberationibus fuit concluſum.

1. Articulos quorum in prima propoſitione fit mentio, omninò habendos eſſe pro ſuſpectis & damnatis, & talibus quales per Bullam Apoſtolicam declarantur, atque hanc Facultatis concluſionem eſſe omnibus Facultatis Suppoſitis intimandam, ſeorſim quidem in promotionibus ad gradus, publicè verò in Congregatione Facultatis apud Prædicatores poſtridie D. Dionyſii, quando Statuta publicari conſueverunt, ut omnibus conſtet eſſe ab illis abſtinendum, eoſque qui ſecus fecerint, ſecundùm Statuta Facultatis & promoventium juramenta atque promiſſiones ad Facultatem eſſe deferendos.

2. Libros & tractatus in quibus dicti articuli ex profeſſo docentur & aſſeruntur, eſſe è manibus ſtudioſorum auferendos; alios autem u-

nà cum manuscriptis, quæ studiosorum diligentiâ collecta sunt, permittendos quidem esse, sed ita ut moneantur studiosi, defensiones & assertiones eorumdem Articulorum ubicumque occurrant, esse expungendas & delendas: quod ut fiat diligentiùs, deputati sunt aliqui ex Magistris ad repurganda scripta sub D. ac M. N. Hessels in sententiis collecta, quorum repurgationes Facultas vult omnes postea imitari, qui ea scripta habere voluerint.

3. Facultatem acceptare D. ac M. N. Michaelis declarationem, quam ante dies aliquot fecit in scholis Theologicis post disputationes, dicendo quod bene velit, imò quod bene velle debeat Facultatis judicium in hac re subire, & quod non recordetur se verba in tertia propositione mentionata dixisse, si tamen dixerit, quod respexerit fortè ad partes quasdam in nonnullis articulis comprehensas, & non ad integros articulos.

Denique judicatum fuit, etiam ex conformibus omnium Dominorum deliberationibus, utile futurum ut de nonnullorum articulorum partibus modesta fiat & amica Dominorum inter se collatio, quatenus se mutuo pleniùs intelligant, & cum majore concordia semper deinceps omnes unum dicant doceantque: cujus etiam collationis capita & modum scripto comprehendendum Domini commiserunt Decano Facultatis pro tempore. Hæc omnia tanquam desumpta ex Actorum Facultatis Theol. Lovan. libro ab anno 1515. usque ad an. 1572. referuntur in nova editione 2. partis pag. 186. & 187. Insuper ex eodem libro ibidem adduntur sequentia.

X. Die Augusti 29. congregata fuit Facultas in S. Petro, in qua omnes Magistri fuerunt præsentes, excepto M. N. Michaele, idque ad requisitionem D. Rectoris, occasione Litterarum à Duce Albano acceptarum, super iis quæ scripta fue-

rant ex Urbe, potiſſimùm de primario Profeſſore &c. quod concernere putabatur noſtram Facultatem: & poſt longam ac maturam deliberationem communibus omnium votis concluſum fuit, prout latiùs habetur in alio libro majore folio 54.& concluſioni ſubſcripſerunt omnes & ſinguli Magiſtri,& fuit eadem concluſio poſtea oſtenſa M. N. Michaeli, qui & ipſe dixit ſe eandem approbare, & velle ſubſcribere, & etiam eidem ſubſcripſit.

XI. Deinde ibidem ex libro ab anno 1572. ad annum 1616. ſubjunguntur ſequentia.

Anno 1572. Julii die 4. ante meridiem ſub horam decimam, Facultate ad parvum Capitulum S. Petri ſub juramento convocatâ, omnibuſque congregatis ſecundùm concluſionem ſuperiori anno menſis Maii die 7. captam, concorditer concluſum eſt, & iteratò firmatum, ſub doctrina ſuſpecta & certo prohibita in Statutis noſtræ Facultatis com-

comprehendi articulos in Bulla Pii V. nuper nobis intimata prohibitos; estque constitutum illam conclusionem (ut semel iterumque in scrutiniis licentiandorum factum fuerat) in posterum accepturis in Theologia gradum diligenter recitandam esse, iisque severè præcipiendum, ut à supradictis articulis docendis, defendendis & disseminandis abstineant. Quam Facultatis conclusionem Decanus in Licentiæ scrutinio, quod à meridie illius diei factum fuit, (cùm M. N. Du Bay, Hunnæus, Goudanus, Maelcotius, cæterique omnes Legentes & Regentes nemine excepto adessent) sedulò executus est, neque quispiam omnium vel verbulo contradixit. Hæc ibi. Quamvis tamen ex libro 3. ab anno 1608. ibidem pag. 190. hæc referantur. Anno 1628. die 3. Aprilis proposuit Decanus inter alia 3. loco, an placeret imprimi aliquot exemplaria Articulorum prohibitorum Pii V. Pontificis: ad 3. conclu-

ſit non placere ut imprimantur..... Inſuper ex juſtis cauſis animum Facultatis moventibus concluſit in mutatione Statutorum Facultatis quæ brevi fieri debet, placere ut ex juramento Baccalaureorum, aut etiam aliunde ſi forſan reperiantur, tollantur illa verba: *Sub qua declarat Facultas Articulos in Bulla Pii V. &c.*

XII. Anno 1580. ſub medium Martii, venit Lovanium R. P. Franciſcus à Toleto, Socius Nominis Jeſu, S. T. D. & SS. D. N. Greg. XIII. Eccleſiaſtes, ab eadem Sua Sanctitate admiſſus: qui poſt dies aliquot vocato ad ſe Facultatis noſtræ Decano, declaravit ei habere ſe Litteras Suæ Sanctitatis ad Facultatem noſtram, quas ei coram cuperet tradere, ſimulque legationis ſuæ cauſam aperire: petere ſe itaque ut Facultatem ad certum aliquem diem & horam convocaret: quâ poſtridie per Bedellum ſub juramento vocatâ in horam ſecundam poſt me-

meridiem, & in Collegio Soc. Jeſu, ubi præfatus R. P. hoſpitio exceptus erat, congregatâ, & cubiculum ejus ingreſsâ, cum poſt mutuas ſalutationes, omnes conſediſſent, protulit R. P. Breve Apoſt. ad Doct. Theolog. Univerſitatis Lovanienſis inſcriptum, quod fidem ei juberet adhiberi in iis omnibus, quæ ex Sedis Apoſtolicæ nomine eis eſſet dicturus; quibus per Decanum lectis, narravit R. P. meminiſſe Dominos præſentes, quomodo ante annos aliquot Bulla quædam, in qua certi articuli quidam damnarentur, à felicis record. Pio V. emanavit ſub data anni 1567. kal. Octob. quæ ſit quoque in Scholis hìc Theologicis publicata. Cumque Sua Sanctitas Gregorius XIII. exiſtimaret huic Bullæ reverenter ab omnibus, ut par erat, obediri, ad ipſius aures à fide dignis perlatum aiebat, non deeſſe inter Theologos, non modo ſtudioſos, ſed & Profeſſores, qui articulis in præfata Bulla

damnatis auderent adhuc adhærere, eisque non privatim tantùm favere, sed coram aliis quoque eosdem asserere & pertinaciter defendere; imò persuasum non paucis esse præfatam Bullam etiam ab ipsa Sede Apostolica aliquando retractandam esse & revocandam; quo accepto Sanctitatem suam non parvo animi dolore affectam fuisse, proque officii sui ratione, simulque pro charitatis affectu, quem gerat erga Lovaniensem Academiam, imprimis autem S. Theol. Facultatem, non potuisse eam quorumdam temeritatem atque audaciam ad totius etiam Ecclesiæ periculum pertinentem, contemnere atque dissimulare neglectimque habere. Quare ad coercenda hujusmodi ingenia, simulque ad eximendam vanam illam istorum futuræ aliquando retractationis spem ac exspectationem, statuisse præfatam Pii V. Bullam sua quoque auctoritate confirmare, articulosque ibidem comprehensos iteratò damnare,

nare, & sub gravibus pœnis ac censuris prohibere, & ne quis hac in re constantem Sedis Apostolicæ voluntatem ac sententiam ignorare posset, suam hanc confirmationis Bullam, in quâ altera illa Pii V. comprehensa esset, in Scholis hìc Theologicis coram omnibus publicandam & promulgandam esse, atque ab omnibus Professoribus & Studiosis S. Theologiæ requirendum ut propriâ confessione eam se reverenter accipere fateantur, eique se parituros promittant. Quibus dictis protulit R. P. Bullam Gregorii XIII. de qua dixerat, ejusque inspiciendæ Facultatem Dominis dedit. Quo facto addebat se in hoc à Sua Sanctitate per maxima pericula non sine gravissimis sumptibus & expensis missum ut superiora exequeretur, atque ad effectum perduceret; cupere itaque à Facultate certum diem & horam indicari, quâ omnes tum Professores tum Licentiati & Baccalaurei, cæterique S. Theolo-

giæ

giæ Studioſi ad Scholas Theologicas convocarentur, ut quæ in mandatis habebat, exequeretur.

Quæ cum dixiſſet, egreſſo (poſtquam pro ſui purgatione nonnulla locutus eſſet ) D. Michaele Baio Univerſitatis noſtræ Cancellario, Facultas Suæ Sanctitati pro paterna erga ſuam filiam charitate & ſollicitudine gratias egit; quod autem ad Bullam ejus attinet, eam ſe gratiſſimè & obedientiſſimè ut par eſt, recipere & amplecti; orareque ne ſiniſtram aliquam de ipſa ſuſpicionem concipere velit, neve ſibi perſuadeat aliam ei umquam mentem & voluntatem fuiſſe erga Bullam Pii V. quin & illam ſemper reverenter habuerit, eique in omnibus paruerit. Exiſtimare nihilominus vera eſſe quæ ad Suam Sanctitatem eſſent perlata: quare ad iis malis occurrendum vehementer ſibi placere ut nova hæc Gregorii XIII. Bulla in Scholis Theologicis proponatur & promulgetur. In quam

rem

rem conſtituta eſt Martii 21. dies hora 10. ante meridiem: in quod tempus ex mandato Facultatis juſſit Decanus per Bedellum omnes & ſingulos Facultatis noſtræ Dominos, pleroſque Licentiatos, Baccalaureos, & quotquot ſupererant Collegiorum Burſarios ſub juramento convenire: quibus ibidem frequentiſſimo numero congregatis, ingreſſus eſt præfatus D. Franciſcus, comitantibus eum honoris cauſa DD. Cancellario, Goudano & Gravio: conſcensâ autem Cathedrâ cum eadem fere narraſſet, quæ priùs coram Facultate dixerat, juſſit per Conrardum Sylvium Univerſitatis Notarium publicum, qui ad hoc ibi vocatus aderat, litteras primùm credentiæ ad Theologiæ Doctores datas, deinde ipſam Bullam clarâ & intelligibili ab omnibus voce recitari: quibus lectis convertit ſeſe ad D. Michaelem De Bay Univerſitatis Cancellarium, petiitque ex eo, Anne agnoſceret in ea Bulla

multos

multos articulos damnari, qui in libellis quibuſdam ejus priùs editis continerentur, etiam in eo ſenſu quo in Bulla damnarentur? Quo agnoſcente & reſpondente quod ſic: Rogavit ex eo deinde, Anne eoſdem & reliquos omnes ibi comprehenſos & lectos damnaret? Tum ille, damno, inquit, ſecundùm Bullæ ipſius intentionem & ſicut Bulla damnat. Dehinc præfatus D. Franciſcus ad reliquos Doctores Theologiæ converſùs interrogavit, Anne eoſdem articulos omnes damnarent & Bullam reverenter ſuſciperent. Qui omnes uno ore reſponderunt, eos articulos ſimpliciter ſe damnare, & Bullam religiosè habituros & obſervaturos. Eadem fuit vox omnium Licentiatorum, Baccalaureorum & Studioſorum, ex quibus idem interrogaverat prædictus D. Franciſcus, omneſque conſonâ voce conclamarunt, *Articulos damnamus, Bullamque reverenter ſuſcipimus atque obedientiam pollicemur.* Quibus

bus feliciter peractis, D. Cancellarius de copia Bullæ, ut hic relinqueretur, mentionem ſuggeſſit. Ad quod reſpondit præfatus Dominus Franciſcus non habere ſe in mandatis ut copiam ejus relinquat, ſed acturum ſe apud Suam Sanctitatem, mox ubi Romam redierit, ut ea tranſmittatur. Poſt quæ cum præfatus Dominus ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ & mutuam concordiam paucis eſſet Auditorium cohortatus, quemque dimiſit. Hæc omnia ex actis Facultatis referuntur in nova editione, ſecundæ partis pag. 188. & 189. In qua editione nova, 2. partis pag. 152. refertur etiam ſequens ſcriptum quod M. Baius poſt paucos dies R. P. Toleto tradidit.

*Ego Michael De Bay, Cancellarius Univerſitatis Lovanienſis, & in eadem Profeſſor Sacræ Theologiæ, agnoſco & profiteor me ex variis colloquiis & communicationibus*

*nibus habitis cum R. P. D. Francisco Toleto, Concionatore Suæ Sanctitatis, & ad hanc rem specialiter misso, super diversis sententiis & propositionibus jam olim à Sanctissimo D. N. Pio V. fel. record. sub data kal. Octobris 1567. & nuper à Gregorio XIII. moderno Pontifice Max. sub data quarto kal. Februarii 1579. iteratò damnatis & prohibitis, ita motum & eo perductum esse ut planè habeam mihi persuasum earum omnium sententiarum damnationem atque prohibitionem jure meritoque, ac non nisi maturo judicio, ac diligentissimâ discussione præmissis factam atque decretam esse. Fateor insuper plurimas ex iisdem sententiis in nonnullis libellis à me olim & ante emanatam Sedis-Apost. super eis censuram conscriptis & in lucem editis contineri & defendi, etiam in eo sensu in quo reprobantur. Denique declaro me impræsentiarum ab iis omnibus recedere, &*

dam-

*damnationi à Sancta Sede factæ acquiescere, neque posthac ullam earum docere, aut defendere velle. Actum Lovanii die 24. Martii 1580.*

MICHAEL DE BAY.

XIII. Deinde in nova editione, 2. partis pag. 196. ex iisdem actis referuntur sequentia.

Die quarta Augusti Facultate in S. Petro post Vesperas convocatâ congregatâque retulit D. ac M. N. Goudanus binas se Litteras ex Urbe accepisse, alteras à R. P. ac D. Francisco à Toleto, alteras à Reverendissimo ac Illustrissimo D. Cardinali Sabello ad se scriptas, quibus significabant mittere se ad ipsum Bullam Pii V. felicis recordationis, quibus certi quidam articuli damnarentur ac prohiberentur, ut eam D. Doctori Michaeli Baio (cui in publico hîc nuper auditorio exemplar ejus à præfato D. Francisco à Toleto promissum fuerat) exhiberet ac

conſignaret, & quod in hac re cum ipſo egiſſet, certiores eos per litteras faceret. Quibus lectis Bullam ipſam protulit, eamque D. Michaeli in manus dedit ac conſignavit: quâ ille acceptâ explicataque, & aliquouſque lectâ, protulit & ipſe ejuſdem argumenti Epiſtolam à præfato R. P. D. Franciſco de Toleto ad ſe miſſam, inprimis verò & Breve Apoſtolicum Gregorii XIII. multam erga ipſum charitatis & benevolentiæ ſignificationem præferens; quæ omnia ubi prælegiſſet, petiit à Facultate præfatæ Apoſtolicæ Bullæ copiam, quam ei Facultas per ſuum vel Univerſitatis Notarium deſcribendam annuit; ſalvo ut originales Litteras ac inſtrumentum ad manus Decani tranſcripto exemplari deponat atque reſtituat, ut in arca Facultatis deponatur, ibique ad perpetuam rei memoriam conſervetur. Quod ſe is facturum promiſit, ac re ipſa præſtitit. Hæc ibi. Prædictum autem Breve Gregorii XIII.

ſic

ſic ſe habet in nova editione, 2. partis pag. 153.

Dilecto *Filio Michaeli Baio, Cancellario Univerſitatis Lovanienſis, & in eadem Sacræ Theologiæ Profeſſori;*

Dilecte Fili, *Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Mittimus exemplum publicum Litterarum ſanctæ memoriæ Pii V. quas tum per litteras tum per dilectum filium Franciſcum Toletum poſtulaſti. Quicquid autem acciderit in quo poſſimus tuæ charitati gratificari, nunquam committemus ut ullum à nobis amantiſſimi parentis munus deſiderari poſſit; hocque certum te habere volumus. Te quoque viciſſim tuæ pietati optimique filii officio ſummæque bonorum omnium expectationi omnibus in rebus cumulantiſſimè ſatisfacturum eſſe perſuaſum habemus. Quo nomine omnem tibi à Domino Deo noſtro tum in hac tum in futura*

*vita fœlicitatem precamur. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 15. Junii, anno 1580. Pontificatûs nostri anno nono.*

Subscriptum erat:

ANTONIUS BUCAPADULIUS.

XIV. Anno 1585. in Novembri Nuntius Apostolicus Facultati significavit videri sibi non satis esse ad solidam perpetuamque pacem, si à damnatis à Pio V. nuper opinionibus concorditer abstineatur, sed opus præterea esse, ut de certa aliqua doctrinæ ratione in commune connveniat, quæ ex adverso tenenda & reprobatæ opponenda sit. Quare petere se uti brevem aliquam hujusmodi doctrinæ formulam seu explicationem concipere velint quam eis supradictorum articulorum damnatio (salvo semper Apostolicæ Sedis judicio) postulare videatur. Daturum se operam ut eam

Rom. Pontifex cognoſcendam ſuſcipiat, & approbatam aut ſicuti videbitur limatam, tenendam hic omnibus ſua auctoritate proponat atque confirmet.

Quare rogatus à Dominis M. N. Lenſæus eſt, ut id operæ ſuſcipere dignaretur: ac intra dies paucos confectum reddidit: moxque Decanus quod ab eo ſcriptum acceperat, in plura exemplaria diffundi juſſum, ſingulis Dominis communicavit, cenſuram eorum judiciumque depoſcens. Et tandem ejuſmodi formula à Lenſæo concepta, communi cæterorum Magiſtrorum ad hoc requiſitorum (*igitur & M. Baii*) judicio probata eſt, & ad manus Illuſtriſſ. Nuntii Apoſtolici tradita. Hæc iterum ex actis narrantur in nova editione, 2. partis pag. 159. & 160. In qua etiam paginis ſequentibus refertur dicta formula, *damnatis ſententiis ex adverſo conſiſtens*: prout in Præfatione legitur.

XV. Anno 1587. Academiæ Lovanienſis Theologi quaſdam de Sacra Scriptura & de gratia Chriſti ſententias cenſorio ſuo calculo confixerunt: & anno 1588. ſuæ cenſuræ defenſionem juſſu Epiſcoporum Belgii ediderunt. Hæc inter alia narrantur in nova editione 2. partis pag. 209.

In iſta verò ſuæ Cenſuræ defenſione ſeu juſtificatione ſic præfantur. Illud (aiunt) nobis ſolemniter præmittendum ut quæcumque à nobis hìc dicta ſunt, totamque ſententiam ac diſputationem in hoc argumento noſtram, Apoſtolicæ Sedi tanquam Eccleſiæ totius Magiſtræ, prout par eſt, ſemperque fecimus, toto cordis affectu ac devotione ſubmittamus, gratiſſimo animo accepturi quidquid hac in cauſa decernendum præſcribendumque cenſuerit, ejus vocem ac definitionem non ſecus atque à B. Petri Cathedra, ac Spiritus Sancti per eam loquentis ore profectam, obedienter reve-

reverenterque ſuſcepturos eſſe profitentes: ut tota intelligat Chriſti Eccleſia, eſſe & nos Sedis Apoſtolicæ filios, qui ab ejus Decretis ac definitionibus ne latum quidem unguem Dei gratiâ diſcedere propoſitum habeamus. Ita illi.

Cumque memoratam Cenſuræ defenſionem omnium Facultatis Theologicæ Doctorum concordi judicio fuiſſe probatam, ex atteſtatione ad calcem appoſita conſtet, indubiè etiam à M. Baio, ſic denuò ſubmiſſionem omnimodam erga S. Sedem obteſtante, probata fuit: quippe qui tunc adhuc inter Doctores iſtos connumerabatur, & qui demum obiit anno 1589. 16. Septembris, ætatis annum agens 77. velut ex monumento ſepulchrali aliiſque probatur in initio novæ editionis. In qua etiam, ſecundæ partis pag. 244. & ſequentibus, juxta atteſtationem D. Jacobi Baii S. Theol. Doctoris, refertur quod ini-

tio Novembris immediatè subsequentis, eidem Domino Jacobo Nepoti suo apparuerit: & inquirenti: *Unde Dominus hìc est? Quomodo cum eo agitur?* Responderit: *Non bene.* Deinde subinferenti: *Saltem Dominus est in statu salutis?* Responderit: *Ita sum.* Denique subjungenti: *Cur Dominus luit pœnas? Propter doctrinam?* Responderit: *Non: sed propter negligentius administratum Decanatus officium: non putabam quod ibi sic acciperetur.*

FINIS HISTORIÆ.

SEX

# SEX REFLEXIONES

Super totidem argumentis in Præfatione propositis.

## REFLEXIO PRIMA.

*Super eo utrum aliquæ ex sententiis per Bullam Pii V. notatis, possint, eâdem Bullâ permittente, & Cardinali Granvellano comprobante, sustineri in rigore & proprio verborum sensu ab assertoribus intento.*

IMprimis hæc sunt Bullæ verba. Quas quidem sententias stricto coram Nobis examine ponderatas quanquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent in rigore & proprio verborum sensu ab assertoribus intento hæreticas erroneas suspectas temerarias scandalosas & in pias aures offensionem immittentes respectivè ac quæcumque super

verbo ſcriptoque emiſſa præſentium auctoritate damnamus circumſcribimus & abolemus de iiſdem & ſimilibus poſthac quoquo pacto loquendi ſcribendi & diſputandi facultatem quibuſcumque interdicimus qui ſecus fecerint ipſos omnibus dignitatibus gradibus honoribus beneficiis & officiis perpetuò privamus ac etiam inhabiles ad quæcumque decernimus vinculo quoque anathematis eo ipſo innodamus. Hactenus Bulla.

Nota autem eſt de famoſo commate controverſia, an ſcilicet illud poſt verbum *poſſent* apponi aut ſaltem ſubintelligi debeat, necne? Et hanc quidem controverſiam hic decidere non eſt animus, ſed quod præcipuum eſt oſtendere, nempe quod (etiamſi concedatur iſtud comma omittendum eſſe, Bullamque ſic eſſe intelligendam ut verborum controverſorum hic ſit ſenſus, *quanquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent in rigore & pro-*

*prio*

*prio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento*) tamen ſecundùm eandem Bullam, nulla dictarum ſententiarum modò poſſit, aut poſtea potuerit aliquo pacto ſuſtineri in rigore & proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento.

Neque ad hoc oſtendendum magno labore opus eſſe videtur, ſed ſola dictorum Bullæ verborum conſideratione, videlicet horum. *Quas quidem ſententias.... (quanquam nonnullæ &c.) hæreticas erroneas.... in pias aures offenſionem immittentes reſpectivè..... damnamus circumſcribimus & abolemus deque eiſdem & ſimilibus* POSTHAC QUOQUO PACTO *loquendi ſcribendi & diſputandi facultatem quibuſcumque interdicimus.* Ibi enim facile obſervare eſt, quod, quia in prioribus verbis dictum erat (prout hìc ſupponitur) nonnullas ſententias *aliquo pacto* ſuſtineri poſſe in rigore & proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento; idcirco,

co, dum ſententiæ per verba poſtrema damnantur, circumſcribuntur & abolentur, expreſsè quibuſcumque interdicatur facultas de eiſdem & ſimilibus *poſthac quoquo pacto* loquendi ſcribendi & diſputandi.

Idem confirmatur illo Brevi, per quod præfatus Pontifex, poſtquam Apologetica ſcripta Baii diligenter examinaverat, eidem & cæteris prædictarum propoſitionum aſſertoribus pro earum aſſertione & defenſione perpetuum ſilentium impoſuit. Vide, ſi placet, præcedentem hiſtoriam n. 5.

Nihil quoque his contrarium ſcripſit Granvellanus dum in Epiſtola ad Morillonium data 13. Novemb. 1567. & initio hiſtoriæ relata, dixit Pium V. propoſitiones damnaviſſe, *declarant les dites propoſitions annotées, aucunes erronées, autres ſuſpectes, autres ſcandaleuſes, autres jaçoit ſe puiſſent en rigueur interpreter en quelque ſens pour les excuſer, donnent tou-*

*tefois offenſion a gens pieux qui les liſent.* Quia per hæc verba tantummodo ſignificavit non omnes propoſitiones ſeu ſententias reprobatas eſſe tanquam hæreticas aut erroneas aut ſuſpectas aut ſcandaloſas, verùm aliquas merè tanquam piarum aurium offenſivas.

Econtra verò idem Granvellanus in ipſa eadem epiſtola præfatam reſolutionem apertè confirmat his verbis: " Et ſi ſera beſoin que au Doyen „ & aux principaux de la Faculté „ vous faites oſtenſion de la dite „ Bulle, apres toutefois avoir parlé „ audit Docteur, afin que voyant la „ Cenſure de Sa Sainteté, *ils ne com„portent que telles propoſitions ſe „ſoutiennent, quelque interpreta„tion ou gloſe que l'on y veuille „ donner.*"

Itaque juxta Granvellanum, etiamſi non omnes iſtæ propoſitiones à Pontifice reprobatæ ſint tanquam erroneæ ſeu falſæ, tamen earum nulla ſuſtineri permittenda eſt, quæ-

quæcumque interpretatio aut glossa adjungatur.

Et similiter juxta Morillonium, Toletum, Facultatem, & ipsum denique Baium ( uti videre est in historia, n. 2. 9. 10. 11. 12. & 14. ) prorsus abstinendum est à dictarum propositionum unaquaque, si non tanquam hæretica vel erronea, saltem tanquam suspecta aut temeraria aut scandalosa, aut in pias aures offensionem immittente. Idque quantumvis admittatur verum esse quod, allatâ authoritate Bellarmini, quin & ipsius Toleti testificatione expressâ, docet Vasquez, aliique, quasdam ex illis merè damnatas esse propter acres censuras quas continent: quandoquidem tales censuræ sint partes propositionum ejusmodi; & hìc de totalibus propositionibus, seu de articulis integris agatur.

Neque quidquam his repugnans in Congregatione de auxiliis actum est: nam etsi supponatur quod in ea,

ea, Præſide Clemente VIII. de iſta quæſtione diſputatum fuerit, *Utrum veræ virtutes in infidelibus reperiantur*, pariterque ſupponatur quod negativa Dominicanorum ſententia (quam docet quoque S. Thomas 2. 2. q. 4. art. 7. expreſsè dicens quod *non ſint veræ virtutes niſi præſuppoſitâ fide*) ab omnibus Cenſoribus approbata fuerit; tamen inde perperam infertur hanc fuiſſe ab iiſdem approbatam, *Virtutes Philoſophorum ſunt vitia*: quæ etiam (omiſſo quod tantùm ſit pars propoſitionis 25.) prorſus à doctrina præfati Doctoris aliena eſt. Quantum autem attinet ad illud quod Doctor Le Boſſu in præfata Congregatione, & quod Cardinalis à S. Clemente anno 1643. contra Bullæ Pianæ evulgationem dixiſſe feruntur, parvi momenti eſt, dum nempe non reperitur conſentaneum iis quæ fundamento longè ſolidiori ſtabilita ſunt.

RE-

## REFLEXIO II.

### *Super eo quod objicitur Censuram esse indeterminatam.*

SEdes Apostolica propositiones omnes absolutè *damnavit, circumscripsit, abolevit*; etiamsi damnationis speciem & gradum particulari propriâque censurâ non determinaverit: hac in parte inhærens vestigiis Concilii Gen. Constantiensis: quod nimirum 45. articulos Wicleff non aliter damnavit, quam indiscriminatim declarando plures ex illis esse hæreticos, alios erroneos, alios scandalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offensivos, nonnullos eorum temerarios &c. sicuti videre est in Sess. 8. In qua etiam idem Concilium omnibus & singulis Catholicis *sub anathematis interminatione* prohibet ne de cætero dictos articulos *vel ipsorum aliquem* audeant publicè prædicare, dogmatizare, tenere. Pariter quoque

que ejuſdem Concilii Seſſione 15. damnati ſunt 30. articuli J. Huſz.

## REFLEXIO III.

### *Super prætenſa ſubreptione.*

BUllam Pianam emanaviſſe prævio examine valde maturo, agnovit Baius in ſua confeſſione anni 1580. & atteſtatus eſt non modò Granvellanus, verùm etiam ipſe B. Pius V. in Brevi ſuprà relato. Neque Baius audiri vel citari debuit, cùm non ageretur de perſona ejus damnanda, cùmque Bulla Propoſitiones nemini nominatim adſcribat, neque ullus Author ſeu Aſſertor in ipſa nominetur; quinimo cùm neque liber ullus deſignetur. Quòd enim in quibuſdam iſtius Bullæ copiis apponantur tituli librorum ex quibus extractæ fuerint Propoſitiones, erroneum eſt, quemadmodùm (ut hìc taceantur cætera) liquet ex aliis copiis impreſſis juxta illud exemplar, quod, Gregorii XIII. juſſu, Decano

Facultatis Theologicæ Româ missum, asservatur in ejusdem Facultatis archivo. Ex quo exemplari etiam corrigendum est, quod interdum inveniuntur appositæ Propositionibus hæ particulæ, *dicit*, *docet*, &c. aut quod interdum invenitur alius numerus quàm 76. Propositionum, aut earumdem varia distinctio.

Proinde licet concederetur quòd aliqui delatores calumniosè Baio Propositiones plurimas affinxissent, nullæ tamen idcirco calumniæ in Bulla continerentur, neque Bulla posset idcirco dici subreptitia.

Imò talis est ista Bulla, ut subreptitia esse non potuerit. Nam in Pontificia quidem Rescripta Justitiæ aut Gratiæ, vel in alia ejusmodi, subreptio cadere potest; non autem in Pontificias Constitutiones ad doctrinam Ecclesiasticam pertinentes: & quidem etiamsi supponeretur Pontificem illas edentem errori obnoxium esse. Unde etiam Constitutiones istæ non ad alicujus partis in-

inſtantiam, ſed motu propriò, & ex certa ſcientia emanant, etſi quidam importunis, artificioſis & falſis allegationibus illas efflagitaverint.

## REFLEXIO IV.

### *Super publicatione Bullæ Pianæ, Item Gregorianæ.*

NUlla eſt ambigendi ratio quin Bulla Piana conſueto modo promulgata fuiſſet, niſi Pontifex in favorem Baii, Cardinalis Granvellani verbis in initio relatis exoratus, eundem Cardinalem delegiſſet ut per ſe vel alium, illud quod optimum judicaret, exequeretur, faceretque quidquid decreturus erat, ab omnibus obſervari. Quamobrem etiam Baius, qui ſibi non eſſe traditum Bullæ intimatæ, ſed ſolorum articulorum exemplar, in Epiſtola Apologiæ ſuæ præmiſsâ conqueſtus fuerat, poſteà tamen, teſte Morillonio in litteris ante citatis, & 20. Junii 1569. datis, eidem Morillonio aſ-

ſenſit, cauſanti quòd nec ipſi nec ejus Adverſariis exemplar Bullæ traditum eſſet, eò quòd Pontifex rem iſtam ſilentio ſopiri cuperet. Et ſic quidem conſilium iſtud approbavit Baius, ut nunquam ipſi contigiſſe legatur ut dubitaret (uti certè dubitari nequit) utrùm Pontifex, ob rationes animum ejus moventes, poſſet Bullas ſuas exequendi modum aliquem adhibere, qui formulis conſuetis non foret adſtrictus. Accedit quòd Conſtitutiones doctrinales, cùm non ſtatuant jus novum, ſed tantùm declarent, non egeant formulâ conſuetâ publicationis; neque quid amplius hac in parte requirant, quàm quòd illas reverà emanaviſſe compertum ſit. Et utraque iſta ratio ſimiliter oſtendit quidnam de Gregorii XIII. Bulla, quantùm ad ſimilem conſuetæ formulæ defectum, ſit cenſendum. Denique ex abundanti hìc obſervandum eſt, quòd ritu ſolemni promulgata fuerit Urbani VIII. Bulla *In eminenti*, cui

Bulla

Bulla Piana inſerta eſt, & cui tanquam inſerta habetur Gregoriana.

## REFLEXIO V.

### *Super confirmatione Bullæ Pianæ facta per Gregorium.*

P*Roviſionis noſtræ* (ait Gregorius XIII.) *debet provenire ſubſidio ut ea quæ à Prædeceſſoribus noſtris emanarunt ſuadente maximè fidei Catholicæ conſervatione ubicumq; ipſis opus eſt producantur.* Quare nos tenorem Litterarum felicis recordationis Pii Papæ V. Prædeceſſoris Noſtri in ejus regiſtro repertum deſcribi & præſentibus annotari fecimus qui talis eſt:

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam Ex omnibus afflictionibus &c.

Cæterùm volumus (proſequitur dictus Gregorius) ut earumdem tenori ſic inſerto illa ipſa omnino fides adhibeatur ubicumque & quandocumque ſive in judicio ſive alibi ille fuerit exhibitus vel oſtenſus ſicut

illius originalibus litteris prædictis adhiberetur si ipsæ exhiberentur vel ostenderentur. Hactenus Greg. XIII.

Cùm itaque ad Gregorii XIII. aures à fide dignis perlatum esset non deesse inter Theologos non modò studiosos, sed & Professores, qui Articulis in Bulla Piana damnatis auderent adhuc adhærere, imò persuasum non paucis esse Bullam hanc ab ipsa Sede Apostolica aliquando retractandam esse, hac una de causa idem Gregorius Bullam conficit, Pianam inserit, & insertam producit hæc præfatus. *Provisionis nostræ debet provenire subsidio ut ea quæ à Prædecessoribus nostris emanarunt suadente maximè fidei Catholicæ conservatione ubicumque ipsis opus est producantur.* Præterea Legatum mittit cum Brevi Apostolico ad Doctores Theologos Universitatis Lovaniensis inscripto, quod fidem ei juberet adhiberi in iis omnibus quæ ex Sedis Apostolicæ nomine eis esset dicturus. Hic verò

Lega-

Legatus ex Sedis Apoſtolicæ nomine dicit quòd ad coërcenda hujuſmodi ingenia, ſimulque ad eximendam vanam iſtorum futuræ aliquando retractationis ſpem ac expectationem, Gregorius XIII. ſtatuerit præfatam Pii V. Bullam ſuâ quoque auctoritate *confirmare*, Articuloſque ibidem comprehenſos iteratò damnare, & ſub gravibus pœnis ac cenſuris prohibere, & ne quis hac in re conſtantem Sedis Apoſtolicæ voluntatem ac ſententiam ignorare poſſet, ſuam hanc *confirmationis* Bullam, in qua altera Pii V. comprehenſa eſſet, in Scholis hìc Theologicis coram omnibus publicandam & promulgandam eſſe, atque ab omnibus Profeſſoribus & ſtudioſis S. Theologiæ requirendum ut propriâ confeſſione eam ſe reverenter accipere fateantur, eique ſe parituros promittant. Et hæc omnia executus eſt idem Legatus.

Unde, nec immeritò, factum eſt (attentâ nempè Gregorii XIII. Bul-

lâ, ſimul cum Brevi credentiæ, dictis, & geſtis Legati) ut neque Facultas, neque Baius, neque quiſquam alius de confirmatione per Gregorium facta tunc dubitaverit. Attamen poſtea libro Janſenii Iprenſium Epiſcopi, tanquam qui propoſitiones à Pio V. & Gregorio XIII. damnatas contineret ac defenderet, per Urbani VIII. Bullam *In eminenti*, prohibito; contenderunt aliqui hanc Bullam eſſe ſubreptitiam, & inter alia probare conati ſunt ex eo quod in ipſa perperam enuntiaretur Gregorium XIII. Pii V. Bullam confirmaviſſe, & articulos iteratò damnaviſſe. Sed hæc objectio (tametſi forſan aliquando placuerit Cardinali Pamphilio) meritò à S. Sede rejecta fuit: quemadmodum & iſta per quam exponebatur quod ipſe Urbanus VIII. Academiæ Delegatis expreſsè dixiſſet ſe diſertè *caviſſe ne quis in Bulla proprio nomine expreſſo ſugillaretur*: merito, inquam, & iſta objectio rejecta fuit, cum

cum etiam nec ipſe Janſenius ( ſed liber & doctrina in eo contenta, præferentes Janſenium authorem ) nec executores ejus, nec impreſſor, nec quiſquam alius proprio nomine expreſſo ſugilletur in iſta Bulla.

## REFLEXIO VI.

### *Super apparitione M. Baii.*

IN fine novæ editionis refertur atteſtatio Ægidii Baii S. T. Doctoris, & *viri*, ut ibidem aſſeritur, *integerrimæ fidei*, juxta quam atteſtationem Michael Baius ipſi Ægidio Nepoti ſuo, tribus fere poſt obitum menſibus, apparuiſſe narratur, eidemque dixiſſe quod in ſtatu ſalutis exiſtens pœnas lueret, non propter doctrinam, ſed propter Decanatum, nempe S. Petri. Quocirca hic perpendendum eſt an illa narratio (ſuppoſito quod ſit vera) confirmet doctrinam quam M. Baius ante revocationem ſuam, an quam poſtea tenuit. Atque inprimis obſervan-

vandum, quod etiamsi inter articulos à Pio V. damnatos non pauci sint qui ad Baium non pertinent, tamen inter eosdem etiam non pauci repeperiantur, quos, ipsâ ejusdem Apologiâ teste, tenuit & docuit: & quidem inter hos aliqui sunt quos Augustinianos esse contendit. Sed anno 1580. in Martio, suos illos & reliquos omnes articulos in Bulla Pii V. comprehensos, publicè damnavit: paucisque post diebus, idem scripto confirmavit, expressè confitens plurimas ex iisdem sententiis in nonnullis libellis à se conscriptis & editis contineri & defendi, etiam in eo sensu in quo reprobantur: atque declarans se ab iis omnibus recedere, & damnationi à S. Sede factæ acquiescere, neque posthac ullam earum docere aut defendere velle. Sicque M. Baius, qui sæpius antea Pii V. Bullam acceptaverat, & quodammodo acquieverat, tandem adveniente Toleto penitus acquievit, singularem idcirco humili-

litatis, & ſimul eruditionis, laudem ab eodem Legato conſecutus. Neque reliquo vitæ ſuæ, id eſt decem fere annorum ſpatio datis occaſionibus innumeris, quidquam iſti ſuæ confeſſioni ſeu declarationi contrarium admiſiſſe reperitur. Unde (prætermiſſis etiam illis quæ hiſtoriæ n. 14. de formula doctrinæ, & n. 15. de cenſuræ defenſione, narrata ſunt) mirum non eſt, quod cùm antedictam publicam diuturnamque pœnitentiam ſincerè peregiſſet, nihil propter doctrinam in altero ſæculo paſſus fuerit. Sed econtra prorſus incredibile eſt ipſum propter doctrinam non fore puniendum, ſi non ex animi ſententia, ſed timore aut reſpectu quodam humano, confeſſionem ac declarationem antedictam publicè feciſſet, & numquam publicè retractaſſet: cum certè tunc tanquam ignavus plurium doctrinæ Chriſtianæ vel Auguſtinianæ veritatum, propriâ conſcientiâ teſte, deſertor, fuiſſet gravi-

vibus pœnis afficiendus. Quare juxta narrationem antepositam, jure merito sic concluditur;

Si Baium secutus es errantem,
sequere pœnitentem:
Et pœnas non lues in futuro
sæculo propter doctrinam.

FINIS.